



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Theodosio & Lagedio & de Vandalitis ac Sueuicis gentibus. De morte
Alarichi. De fuga Constantini, & Constantis Tyrannorum. Capvt XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Circa hoc autem tempus cum multi Tyranni infor-
gerent in Imperio Occidentali, & alij sese mutuo
conficerent, alij præter expectationem caperentur,
haud vulgarem Dei erga Honorem benevolentiam tes-
tabantur: Primum enim milites in Britannia per seditionem
Mærcum Tyrannum inaugurant, & mox eo rursus in-
terfecto Gratianum. & cum & is quoque non amplius
quatuor mensibus elapsis per eisdem interfectus esset, rur-
sus Constantinum eligunt, quod putarent eum ex nomi-
nis sui præfagio Imperium constanter obtenturum: Ex hu-
iusmodi enim causa videntur etiam reliquos ad Tyrannidem
elegisse. Constantinus igitur ubi ex Britannia tra-
iecisset, in Gallia civitatem Burboniam ad mare sitam
conduxit ex Gallia & Aquitania milites, qui ibi erant, &
eas prouincias sibi subijciebat vsque ad montes eos, qui
Galliam separant ab Italia, & à Romanis Coctæ Alpes no-
minantur. Constantem verò filium suum natu maiorem,
quem postea Imperatorio ornatu insigniuit, tunc Cæsarem
appellauit, & in Hispaniam misit: Hic cum ea gente potius
esset, præfectos peculiare constituit, ac victos ad se
adduci iussit Didymum & Verianum cognatos Honorij,
qui quidem cum antea inter se disideret, postquam coepe-
runt periclitari, in mutuam cõcordiam redierunt. Et collecta
agricolarum & seruorum turba, iunctis copijs in Lusita-
niam expeditionem fecerunt, multosque trucidarunt ex
his, qui à Tyranno ad ipsos compræhendendos missi
erant.

*De Theodosio & Lagodio & de Vandalitis ac Sue-
nicis gentibus. De morte Alarichi. De fuga
Constantini, & Constantis Tyrannorum.*

CAPVT XII.

Postea verò cum Hostes copijs auxiliarijs aucti es-
sent, illi capti, & vnà cum vxoribus suis abducti, ac
tandem interfecti sunt: Theodosiolus autem & La-
godius eorum fratres qui in alijs prouincijs morabantur,
ex patria diffugiunt ac saluantur, ac Theodosiolus in
Italiam ad Honorium Imperatorem, Lagodius ad Theo-
dosium in Orientem venit: Atque Cõstans quidè, his rebus
gestis

gestis ad patrem reuersus est, praesidio constituto ex milibus suis in aditu Hispaniae, quem obsecrantibus Hispanis pro veteri consuetudine custodire non concessit, quae res postea causa fuit, ut omnes qui hic erant constituti interficerentur. Nam collapsa Constantini potentia, recolligentes sese Vandali, Sueui, Alani, gentes Barbarae aditum istum occupant, & multa praesidia, multasque vrbes tum Hispanorum tum Gallorum capiunt, & cum his etiam Tyranni praefectos: Constantinus igitur cum sibi haec ex animi sententia rem gerere videretur, Constantem filium ex Caesare Augustum fecit, & mox ipse Italiam inuadere cogitauit. Cum itaque Coctias Alpes superasset, Lyberonam Liguriae ciuitatem venit: & cum iam Eridanum transiturus esset, per eandem viam reuersus est, quod Alarichi mortem intellexisset, qui cum dux esset Honorij eo nomine suspectus, quod Constantino faueret, vniuersi Occidentalis Imperij praefecturam sibi commissam tunc temporis habebat. Cum autem pro consuetudine principum, ex processu quopiam tum reuerteretur Imperator, statim equo descendens publice gratias Deo nuncupatis precibus egit, quod esset in hidiatore manifestò liberatus. Constantinus autem fugiens Arelatum se recepit, quo & Constans eius filius eodem tempore ex Hispania profugiens redierat. Collapsa enim Constantini potentia recolligentes sese Vandali, Sueui, & Alani, Pyrenaeum montem prope occupant, cum fertilem & opulentissimam regionem esse audissent, & quia negligentes erant illi, quos in praesidio Constans ibi reliquerat, etiam in Hispaniam irruerunt.

*De Gerontio, & Maximo. De Honorij exercitu,
quo modo Gerontius obsessus & interfectus
sit, ac de vxore eius. CAPVT XIII.*

Interea temporis Gerontius inter Duces Constantini praecipuus, hostis illi factus est: & Maximum, familiam suam, quem ad Tyrannidem accommodatū iudicabat, Imperiali ornatu induit, ac Taracônæ morari permisit, ipse